~~941~~ 858 858

Domanowskiech Wissowatych Motio

Proposuit iudicialiter coram praesenti Castrensi Capitaneali Bransensi Iudicio
instigator iudicij praesentis suis cum infrascriptis Delatoribus contra infranominatos
Citatos ex Citatione literali Castrensi Bransensi tenoris eiusmodi. Franciscus
Ioannes in Kloczew Lesznowolski Bransensis &c Capitaneus. Vobis Generosis
Ruzellae Gorniczka relictae olim Generosi Andreae Rytel, Catherinae filiae olim eiusdem
Generosi Andreae Rytel ad praesens consorti Generosi Achacij Krzyboiski Annae
Mlodowska relictae consorti olim Generosi Stanislai Zabinski primarum
ad praesens vero secundarum Nuptiarum Generosi Thomae Sczawinski
Pallatinidis Podlachiae consorti legitimae Ioanni Vladislao Alberto Andreae
Alexandro Gaspero Casimiro filijs olim eiusdem Generosi Stanislai Zabinski
Stanislao Szutkowski bonorum Siestki Woczki Kientalki Scichy. Liza Ka-
mienskie et Popezewo, ac aliorum eo spectantium haeredibus Tenutarijs et quovis
modo possessoribus, Vigore Regio et Nostra Capitaneali authoritate ex Omnibus
in genere bonis Vestris mobilibus et immobilibus mandamus ut Coram Iudicio
Nostro Castrensi in Terminis Iudicialibus simul et Querellarum ac Causarum
officij Capitanealis Castrensis Bransensis in Curia Regia Bransensi Feria Secun
da prius et proxime post datam et praesentem citationis positionem Celebran
dis personaliter et peremptorie compareatis. Ad instantiam Instigatoris Iudicij
Nostri et ipsius Dellatorum Generosorum Nicolai Domanowski olim Generosi Adami
Domanowski, subdapiferi Podlachiae filij, Zophiae Domanowska consortis Nobilis
Ioannis Wyrozebski Mariani Wissowaty. Mariana Domanowska consortis
Nobilis Ioannis Wyrozebski Helizabeth relictae olim Generosi Michaelis Barszkowski
Pauli Iacobi filiorum olim Nobilis Ioannis Wojslawski ex olim Nobili Anna
Wierzbiczka procreatorum atque Iacobi Wierzbicki Nepotum et successorum legitimo
rum olim Generosae Anna Rytlowna Actorum Qui ac praesertim maritatae cum
maritorum suorum minorennes vero et qui tutoriam indigent cum tutorum
de iure incumbentium vos itidem maritatas cum maritorum vestrorum mi
norennes etiam cum tutorum de iure incumbentium assistentia et authori
tate citant ad Banniendum et de Regno Poloniae proscribendum ideo Quia
Vos Rumationem sive fortem de Bracchio Regali intromissionem apud vos offi
ciose per Vices gerentem Nostrum Ministerialem et Nobiles duos affectatam Vi
gore ipsius perlucrorum in Iudicio Terrestri ac praesenti Castrensi Bransensi
in Causa Ratione dotis competentis post olim praefatam Annam Rytlowna Aviam
Actorum tam in paratis pecunijs quam omni expeditione ac paraphernalibus
legitime spectan et concernen et super Actoris modernos devoluto et hucusq

protractae non solutionis neq' sortem pro illorum interesse exdivisionis revidi ce perductorum et obtentorum non admisisti imo temere et vobis impugnastis per quod in poenam Bannitionis succubuistis ad quam super vobis et bonis vestris omnibus decernendam et per Ministerialem publicandam peremptorie citamini, Judicialiter sitis Terminum attentaturi et responsuri Datum in Curia Regia Bransensi feria secunda post Dominicam Jubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Et post propositio nem suam modo praemisso factam. Actorea pars deducendo parti citatae legitimo de Termino, Statuit Ministerialem Regni Generalem Providum Jacobum Kondratowicz, qui citationis praeinsertae Copiam sigillatam unam feria secunda post Dominicam Cantate in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo ipso in bonis Kientski, et aliam similem in bonis Top czewo propter meliorem notitiam possessorum eiusmodi bonorum posuisse et ci tatis publicasse recognovit. Quo sic deducto caeterisq' contentis propositionis suae verificatis petiit citatos. ad iuri parendum Decreto suo stringi. In ulterio ri autem processu causae licet quidem partes utraq. allegaverunt verum allegationum suarum copiam existentes ultra triduum expectatam ad acticandum non porrexerunt. de quo ex parte officij Notariatus est protestatus. Et Judiciu Capitaneale Castrense Capitaneale Bransense controversijs partium utrarumq' Actorea per unam e medio sui Nobilem Zophiam Wiszowata. à se et ab alijs citata vero per Generosum Turobojski à se et ab alijs iudicialiter factis clauditis et debite intellectis. Citatos ob malam positionem citationis à Termino praesenti liberos fecit et pronunciavit A quo Decreto Actorea pars ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis appellavit cui appellationem Judicium hoc idem admisit. Terminumq' prosequendae et continuandae eiusmodi appellationis in illis Judicijs Tribunalitijs Re gni Lublinensibus inter causas Palatinatus Podlachiae Districtus Branser sis proxime celebrandis dum ex Regestro publico causarum eiusmodi ad iudicandum legitime inciderit. Parti utriqud paratum et peren ptorium praefixit et conservavit.

Topienie Ieze. Dilatio

In Causa et Actione infrascripta iudicialiter vertente et mota. Inter Instigato rem et ipsius Delatoris Judicij nostri Nobiles Laurentium Gasparum olim Pau li Topienski de Topienie Ieze, haeredes Actores ab una Et Nobiles Albertum Valentinum Topienski de ibidem haeredes ad Bannendum et de Regno Poloniae Dominijsq' eidem annexis proscribendum citatos ab altera parte citatos ob non admissam Rumationem seu sortem de Brachio Regali intromissionem. vigore Actoris perlucratam in Judicio Terrestri ac officio praesenti delati Quia praefinito.